



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

250. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex decretis Calixti Pape.*

Ca'ixt. epist. 2.
Burchard. lib.
3. c. 49. &
apud Gratian.
7. q. 1. c. 39. CCL. Quoniam sicut alterius uxor nec adulterari ab aliquo vel judicari aut disponi nisi à proprio viro, eo vivente, permittitur, sic nec uxor Episcopi & Presbyteri, quæ ejus Ecclesia vel parrœchia indubitanter intellegitur, eo vivente, alteri judicare vel disponere auctejus concubitu frui permittitur. Unde Apostolus : *Alligata est uxor legi, quandiu vir ejus vivit. Eo verò defuncto, soluta est à lege viri.* Similiter & Ecclesia, quæ uxor sacerdotis dicitur, eo vivente ei alligata est ; eo verò defuncto, nubat in Domino, id est, regulariter. Si enim eo vivente alteri nupserit, adultera judicabitur.

Rom. 7.

Ne quis alienam parrœchiam usurpet. *Ex epistola Calixti Pape.*

Calixt. ibid.

CCLJ. Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parrœchianum judicare aut excommunicare præsumat : quia talis judicatio aut excommunicatio nec rata erit nec vires ulias habebit, quoniam nullus alterius judicis nisi sui sententia tenebitur aut damnabitur. Nullus autem Primas vel Metropolitanus diocesanei Ecclesiam vel parrœchiam usurpet aut aliquem de ejus parrœchia excommunicare aut judicare præsumat absque consilio vel iudicio ejusdem Episcopi ; sed hoc observeat quod ab Apostolis & patribus ac prædecessoribus nostris est constitutum & à nobis est confirmatum.